



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

34. Sciaocei nimius Christ. feroore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

virtute spatiis aberrarent : ad hæc necessaria cum essent verbi Dei , & Sacramentorum præfida , quæ Sciaocci affixus , suppeditare illis non poterat , dilata complutum expectatione , paucos præ ceteris fide ac moribus cultiores sacro fonte lustrauit , in quibus Iosephi filium , singulari parentis voluptate . Post hæc suam Sciaocci repet. turus statu-
nem , multorum relatu cognouit in regni Prouinciis interioribus , de Literatis Europæis in Sinas adueniis , & grandia magnifice iactari , cöl-
que , ac legem quam docebant beatæ ducem immortaitatis , à supre-
mis quoque Mandarinis enixe expeti , qui fructus erat consuetudinis
affidue , atque in speciem otiosæ , qua Literatos deuinxerat Riccius ,
ostentatione primum curiosa scientiarum nostrarum , diuinatum deini-
de , salutem & æternitatem spectantium .

Sciaocci deinceps Riccius crescenti paulatim concioni diuina prædi-
cans , selectam collegit Christianitatem , sed primitur suæ cætitati , &
idolis adeo iratam , vt plena periculi odia in ea exerceret : nam & soli
nonnunquam , & condicō plures , templo furtiu ingressi , truncâ capite ,
membrisque simulachra deturbare , comminuere , cremare ; quæ defor-
mati , & strangi non poterant , in terram defodere , atque ad eadem variis
in tempis iteranda parati & alacres gaudere , velut ea idolorum strage
Deo feliciter litaissent , futura omnino authoribus capitali & legi Chri-
stianæ , si Christianorum manibus patrata resciretur : quare vi hæc ad
Ricciū sunt delata , seuerissimo interdicto ægrè quidem , sed tandem
inhibuit . Hanc suorum idolorum iniuriam dæmon , in Patres vltus est ,
esfi longe diverso quam mackinatus fuerat cumentu . Erat in eodem no-
bitcum subuthio , aleatorum contubernium , idémque in furtu & latro-
cina expeditum ; hos rei iux Bonzij , multique alij cenuere oppor-
tunissimos ut Patres sua vicinia exturbarent ; ad hoc per te vltro ar-
dentes incitant , vt eorum ædes spoliarent , data fide nec opem clamant-
ibus laturos , nec prospecturos de fenestris . Hac lege inter se coniurati ,
ex iis viginti qua Literati , quæ Bonzij post traduciam alea noctis pat-
tem , domum nostram inuadunt armati , & reuulsis vestibus intro se
penetrant , quod tanta in turba , ita clam esse non potuit quin strepi-
tu excitus ex familiaribus aliquis , ad fures inclamaret , Patres & Do-
mestici prodirent cum facibus , rati , deprehensos exemplo in fugam
se daturos ; at enim ij quod furto non poterant , aggressi rapio alpor-
tare , aditum sibi securibus faciunt in conclavia intima , familiares
plagis excipiunt ; Franciscum de Petris in fronte securi vulnerant ; Ric-
cio manum tantum non amputant , qui vt opem rogaret , & vitam ser-
uaret , in viam publicam fenestra se misit , ex qua fallente vestigium
spatio , pede male luxato , semper deinceps laborauit . Magnis tamen
illius tum vocibus frustra auxilium , nempe sceleris consciens poscentis ,
tum lapidum grandine quibus ex edito famulus strenue rem gerebat ,
fuga se in cenobium Quanhiaum ex quo exierant , omissa præda fu-
tes recipiunt . Delato ad capitalium Iudicem criminis cum indicia reo-

34.
Sciaocci ni-
muis Christ.
feruo.c.

35.
Fures zo.do.
num inua-
dunt , & PP.
vulnerant.